



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.25. Rudolphus in Romanorum Imperatorem eligitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul. XIII.  
A. C. 1273.

*Mart. R.*  
*20. Mart.*

juridico more perquirebantur. Neque tamen ad Sanctorum ordinem solemnibus ceremoniis aggregatus, sed solum martyrologio Romano cum Beati titulo inscriptus est.

§. XXV.

*Rudolphus in Romanorum Imperatorem eligitur.*

*Matth. Par.*  
*p. 859.*

*Alb. Argent.*  
*Chr.*

Ex illo tempore, quo Fridericus II. ex authoratus, & mortuus est, magna Italia motibus, majoribus Germania agitabatur. Sed hoc anno per electionem Imperatoris respirare coepit. Richardus Anglus electus Romanorum Rex 2 Aprilis an. 1271 obierat: & 16 Sept. anno sequente Papa Alphonso Castellæ Regi declaraverat, se jus ad Imperium, quod sibi vendicaret, admittendum non ducere. Igitur Electores omnes excepto Rege Bohemiæ Francofurtum delati libimulto conquerebantur mala, per longam Imperii vacationem creata, quæ ab exauthorato Friderico viginti octo annis durasset. Archiepiscopus Moguntinus Rudolphi Comitis Habsburgici fortitudinem ac sapientiam laudabat, has ejus virtutes reliquorum, qui commendarentur, opibus ac potentiæ præferendas afferens. Coloniensem primo ac Trevirensis Archiepis-

chiepiscopos, deinde Duces Bavariæ Sa-  
xonixque, ac Marchionem Brandebur-  
gicum ad suam perduxit sententiam. Ita  
Rudolphus una omnium voce electus est  
ultimo Septembris anno 1273. Cum E-  
lectores adiisset, mox eos sibi fidem jura-  
re voluit: &, quod sceptrum imperato-  
rium deesset, tergiversantibus prehensam  
sceptri loco crucem osculo colendam sin-  
gulis præbuit, sicque juramentum fideli-  
tatis accepit. Post quatuor ab electione  
hebdomades Aquisgrani coronatus est.

Sæcul. XIII.  
A. C. 1273.

Ann. Steron.

§. XXVI.

*Episcopi Olomucensis ad Papam  
libellus.*

Brumo Comes Stheumbergius, Episco-  
pus Olomucensis, hanc Ecclesiam vi-  
ginti sex annis magna gubernans pruden-  
tia præclaram existimationem college-  
rat. Cum Papa Gregorius in litteris ad  
concilium convocantibus præcepisset, ut  
Episcopi earum rerum, quas in sua quis-  
que provincia emendandas viderent,  
commentarios ad ipsum mitterent: Bru-  
mo suum misit, qui tristem Ecclesiæ Ger-  
manicæ statum indicat. Ita loquitur:  
Universi homines tam sacri quam profa-  
ni, ne Præpositos habeant, Reges aut  
Præsules tales eligunt, qui potius ipsis

*De Episc.  
Olm. p. 282.  
Sup. Lib. 84.  
§. I.  
Rayn. 1263.  
n. 6.*

*Hist. Eccles. Tom. XXI.*

Pp pa-